Mythologia, Padoue, 1616 - 80 : Hercule avec la masse et un arc ; Hercule au trophée

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

Nove Imagini, Padoue, 1615 - Annot. 25 : Hercule avec la masse et un arc *a pour reproduction ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 80 : Hercule avec la masse et un arc ; Hercule au trophée, 1616

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7799

Copier

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 356
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7799?context=pdf



Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7799?context=pdf

Aiunt enim Alcmenam Thebani Amphitryonis fuiſſe vxorem, qui cùm aduerſus Teleboas Aetoliæ populos militaret, & exercitum duceret: quia ita iubenti Alcmenę promiſerat, quòd fratris eius cædem vlciſceretur, huius captus amore Iupiter ſumpta Amphitryonis forma, vt ait Plautus in Amphitryone, domum ante diem ingreſſus, illa per fraudem, ne vim inferret, potitus eſt. Nam Teleboę Taphum inſulam vnam Echinadum incoluerunt, qui priùs habitabant Acarnaniam hi cum eſſent rapaciſſimi, omnibusque infeſti, Argos profecti Electryonis patris Alcmenæ boues abegerunt: qua ex re orto prælio & ipſe Electryo & eius filij in ea pugna ceciderunt. etenim vt ſcriptum fuit ab Herodoto, qui bellum illud deſcripſit, quatuor filij ex Andromeda Perſeoque nati ſunt, Sthenelus, Meſtor, Alcæus, Electryo, qui communi imperio poſt Perſeī mortem regnarunt. E Meſtore nata eſt Hippothoe, de qua & Neptuno Pterelas, de quo Teleboas & Taphus: Quidam ferunt bellum exortum inter hos fuiſſe, quia Teleboæ vi ſorrem auitam ab Electryonidis repeterent, cùm illam iure aſſequi non poſſent. atque cùm ex Amphitryone pręgnans eſſet Alcmena; tamen vt ex ſe etiam conciperet, dicitur Iupiter tres noctes in vnum coniunxiſſe, quod ſpatium totū in exprimendo Hercule abſumpſit: non enim ſat erat ſpacij nox vna tantę plantādę arbori. deinde cum negligētius exceptus fuiſſet reuerſus Amphitryo, cauſā percūctatus eſt ab Alcmena, audiuit priore nocte ſui ſimilem domum adiuiſſe: tum intellexit à Tireſia Iouem cum Alcmena cōcubuiſſe, vt teſtatur Athenienſis Apollod. lib. 2. Natus eſt igitur Thebis Hercules Ioue patre, matre Alcmena, vt teſtatur Homer. in hymno in Herc. hoc pacto:

ἡρακλέα Διὸς υἱὸν ἀείσομαι, ὃν μεγ' ἄριστον
Γείνατ' ἐπιχθονίων Θήβης ἐνὶ καλλιχόροισιν
ἀλκμήνη, μιχθεῖσα κελαινεφεῖ κρονίωνι.
Alcidem canimus natum Iouis, edidit illum
Præſtantem virtute viris mortalibus: arcte
Magno Alcmena Ioui coniuncta in amore superno.

Dixerūt tamen poetę Herculem filium etiā Amphitryonis, vt ait Eurip. In Hercule inſano:

τίς τὸν Διὸς σύλλεκτρον ὐκ οἶδε βροτῶν
ἀργεῖον ἀμφιτρύων', ὃν ἀλκαῖός ποτε
ἔτικτεν ὁ περσέως, πατέρα τόνδ' ἡρακλέος;
Cui non Iouis riualis eſt mortalium
Auditus Amphitryo, ſatus de Perſeo
Alcæo: & almi qui fuerit pater Herculis?

Habuit Hercules fratrem natum eodem patre Iphiclum vna nocte iuniorem, ſororem verò Laonomen, quam Polyphemo nupſiſſe memorię proditum fuit. Iphicli mirificam celeritatem pedum deſcripſit Orpheus in ſacro ſermone,

Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7799?context=pdf